



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Reginæ Sanctimonialis factæ, sed coactè. cap. XVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

*Theodigildis, Ariberti, Franciæ.*



**T**HEODIGILDIS, siue Dandilinda, Ophobonis cuiusdam filia, & Hariberti, qui, & Cherobertus vocabatur, Francorum in Gallia, Regis vxor, post eius obitum coniugio Gunthrammi Regis copulari desiderans, cum ad eum cum omni Theofauro suo accessisset; ab eo circumuenta, in monasterio Arelatensi paucis quibusdam ei relictis, detonsa est anno circiter 575. At cum agre adquiesceret ieiuniis ac vigiliis addici, fingi cogitans, ab Abbatisa industriose præuenta, & custodia mancipata in ea ad finem usque vitæ permansit. *Gregorius Turonensis de reg. Fran. lib. 4. c. 26.*

*Berta, Carlomanni Franciæ.*

**B**ERTA, Bauata, Carlomanni, fratris Caroli Magni, Regis Franciæ uxor, post eius mortem, anno Domini circiter 778. in quodam Franciæ monasterio, Sanctimonialis habitu uiuere coacta, in eodem consenuit. *Franciscus Belforestius annal. Franciæ, lib. 2. c. 7.*

*Litopyrga, Tassilonis Bauariæ.*

**L**ITOPYRGA, Desiderij Longobardorum regis filia, Tassilonis ultimi Bauariæ regis uxor, marito detonso, eandem quidem quam ipse, vitam ducere compellitur, in monasterio ad Lacum Kochleris, ut ego opinor, sed cum habitus mutatione, ita prorsus & ipsa immutata est, ut non iam coactæ, sed liberè uelaram putares. Vixit circa annum Domini 788. *Franciscus Belforestius, in annalibus Franciæ, lib. 2. cap. 13.*

*Ingelburga, Philippi, Franciæ.*

**I**NGELBURGA, Valdemari, Damia Regis filia, & Philippi Franciæ Regis vxor, ab ipso repudiata, annis multis Sueuione cum sanctis uirginibus uitam monasticam duxit: sed postmodum Pontifice Romano iubente ex monasterio egressa, ad virum redijt. anno Domini circiter 1200. *Mattheus Paris ad annum 1193. in historia maiori.*

Sancti.